Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

sed quia uris temporibus id monachis persuadere non potest:
saltem ut hoc consenciamus · ut non usque ad satietatem bibamus sed parcius: qui omni apostatare fant ena sapientes
Ubi autem necessitas loci exposcit · ut nec supra scripta mensura inuenire possit: sed multo minus aut extorq nihil:
benedicant deum qui ibi habitant · et non murmurent ·
Hoc ante omnia admonentes: ut absque murmuratione sint fres Quibus horis operentur reficiendi fres · Capitulum xl

Capitulum 41.

A sancto pascha usque ad pentecosten ad sextam reficiant fratres: et ad sextam cenent A pentecoste autem tota estate · si labores agrorum non habent monachi · aut minietas · estatis non premit: quarta et sexta feria ieiunent usque ad nonam Reliquis diebus · ad sextam prandant Que prandium sexta si opera in agris habuerint aut estatis feruor minus fuerit commuanda erit: et in abbatis sit prouidencia Et sic ordinet temperet atque disponat · qualiter animae saluentur: et quod faciunt fres · absque ulla murmuratione faciant: Ab idibus autem septembribus usque ad caput quadragesime: ad nonam semper reficiant · In quadragesima uero: ad uesperam · Ipsa tamen uespera sic agatur · ut lumine lucerne non indigeant reficientes: sed luce adhuc diei omnia consumentur Sed et omni tempore · siue cene siue cibi omnis hora sic temperetur: ut ante luce fiant omnia Ut post completorium nemo loquatur · Capitulum xlj

+ diuino.

Capitulum 42.

Omni tempore silencio debent studere monachi: maxime tamen noctuinis horis Et ideo omni tempore siue ieiunij siue prandij · si tempus fuerit prandij: mox ut surrexerint a cena sedeant omnes simul loco · et legat unus